Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Georgii Beyeri, J.U.D. De Utili & Necessaria Autorum Juridicorum Et Juris arti inservientium Notitia Schediasma, exhibens Indicem Autorum quos Tribus Speciminibus recitavit & excerpsit

Beyer, Georg

Lipsiae, 1720

VD18 90548167

XV. Petri Aerodii Rerum ab omni Antiquitate Judicatarum Pandectae. Accesserunt Ejusd. Tractatus duo, alter de Origine & Auctoritate Judiciorum, alter de Jure Patrio ad Filium.

urn:nbn:de:gbv:45:1-14273

Visual Library

(8.) jocoſa aliquando immiſcet, *pag. 96. & 368. &c.*

(9.) Sunt etiam nonnulla, quæ diſplicent, ſed pro tanta materiarum fertilitate admodum pauca, v. g. *p. 23. 29. 67. 99. 100. ſeq. 108. 115. 140. 203. 208. 212. 269. 335. 340. 377. 381. 397. 426. 429.*

Neque ſolis incipientibus ſubſervit hic tractatus, ſed etiam provectioribus, & fateor, me oppido multa, & plura quam cogitaveram, ex eo didiciſſe. Optandum ſaltem foret, ut quis eadem brevitate uſum fori noſtri cum ſolida principiorum juris expoſitione conjungeret.

XV.

PETRI ÆRODII Rerum ab omni Antiquitate Judicatarum Pandectæ. Acceſſerunt Ejusd. Tractatus duo, alter de Origine & Auctoritate Judiciorum, alter de Jure Patrio ad Filium. Genev. 16 7. in fol.

Prodiit antea Pariſ. 1588. & ibid. 1615 in fol.

RECognovit & edidit hunc tractatum *Philipp. Andreas Oldenburger*, & promiſit in eundem notas ſuas, quas non prodiiſſe conjicio. Et notis omnino opus erat. *Allegande* enim cum cura *forent loca autorum omnium*, qui de ſingulis rerum iſtarum judicatarum exemplis ſcripſerant, & plerisque ſubjicienda erat *Epicriſis* quousque res illæ judicatæ vel ex ratione & legibus, vel tumul-

utaria præcipitantia, æmulatione, diſſidiorumq fomento prodierint. Exemplum dedi *in diſſ inaug. de dote a plebe tumultuante erepta Lici reſtituenda. cap. 1.* ubi oſtendi, Gracchos frat Tiberium & Cajum, injuſte occiſos, licet pleriq hiſtorici facinus omni conatu defendant, q Autor noſter ſecutus eſt *Lib. 7. Tit. 6. c. 5. & 6*

At in opere Judicatarum rerum nullibi alle tus eſt autor, nulla prope ſubjuncta Epicriſi quod utrumque potiſſimum deſidero. Cæter maximi facio hoc opus, ex quo habitus le ad facta applicandi imprimis paratur, hiſtoria mana & copia materiæ oratoriæ ſimul non co tanti inſinuatur, Eoque magis attemperata legi ſunt Exempla, quæ durante eadem Reip. fa quam Leges reſpiciebant, obvenere, propte quoque lectu multo jucundiora ac hodierna Deciſionum caſus, ad quos leges obtorto ſæpe jotrahuntur.

Dividitur opus in Libros decem, quorum tuli ordinem quidem Titulorum ex pandectis, vero numerum ſervant: *Liber primus* de Juſt & Jure, Religione & Jure Sacro agit. *Secun dus* Titulum de Legibus alioſque Libri primi complectitur. *Tertius* abſolvit ex ff. Librum usque ad 11. *Quartus* Librum 12—27. *Quin tus* Libr. 28—44. *Sextus* de Accuſationib delictis privatis & extraordinariis criminibus a *Septimus* de Criminibus Majeſtatis. *Octavus* Criminibus Pudicitiæ, Vi, & omnis generis

mi

micidio. *Nonus* de reliquis Titulis Lib. 48. ff. *Decimus* de Materiis Libr. 49. & 50. tractat.

Tituli dividuntur in capita, quorum ſingula caſum ex Hiſtoria Romana ſecundum leges Civiles judicatum proponunt. Neque adeo Commentarius eſt ad Pandectas, ut multi putant, cum leges non explicet, ſed totus in applicatione occupetur.

Liber ſingularis de Origine & Auctoritate Judiciorum

Non recte ita inſcriptus eſt, agit enim de autoritate *Rerum Judicatarum* & inſtitutum ſuum in conſcribendis Pandectis commendat & explicat. Brevi: Liber hic eſt *Epiſtola dedicatoria operis majoris ad Chriſtophorum Thuanum*, in qua probare ſatagit, res judicatas aut primam partem juris aut ſolam, aut præcipuam eſſe. Homines, antequam in magna regna coaleſcerent legibusque regerentur, uſos eſſe rebus judicatis hominum prudentiorum. Ipſas vero leges nihil aliud eſſe, quam quod ſæpius judicando placuerit, cum omnes ex ſingulari negotio atque re nata & transacta originem ducant. Porro Judicum & Rerum Judicatarum majorem perpetuo vim autoritatemque ac legem ipſarum eſſe. Omnia lege comprehendi non poſſe ob infinitam caſuum varietatem, nec conſultum eſſe ob quorundam raritatem juſtitiæ evidentiam, nimiam injuſti conſuetudinem, eorum incertitudinem, & vilitatem. Hinc eſſe, quod leges tecte & occulte mutentur,

quod Lacedæmonii leges magis ex Judicum ar trio, quam ex tabulis ſcriptis pendere voluer quod Solon leges obſcurius ſcripſerit, ut ex in pretatione earum creſcat autoritas judicis. P ſtare ordines populi participes facere legislati vel conſultationis, idque in Gallia evenire. I ſe conſtituiſſe dicere de omnibus rebus, quæ a omnes populos hucusque judicatæ & transa ſunt, vt jus, quod ante omnia in rebus judic verſatur, ſtabiliret.

Id vero non Libris noſtris (corpore Juris) veteribus omnium Gentium moribus, legibus ſtitutis contineri. Hinc graviores materias quibus tota Reipubl. ratio ſæpe conſiſtit, fere gligi & ſileri, nænias tractari. Olim Catonem l cenſem priusquam ad Rempubl. accederet, p cipua omnia ſummorum virorum judicia, dec ta, edicta, manibus amicorum ex unaquaque p vincia Imperii Rom. collegiſſe. Nunc ab Au re collecta Judicia non Duumvirorum aut Ju cum pedaneorum, ſed ſummi populi Romani, liorumque de rebus maximis.

Paulo nimis tribuit Autor Judicatis præ le bus; ſed oratorem agit, cui aliquid condon dum. Poſſet alias facile oſtendi, ſuffragia ſortes neceſſitudines &c. inquinata rem inique dicare, leges contra absque affectibus hu modi ſanciri. Sed ſunt omnibus actibus huma ſua vitia.

LIBELLUM DE PATRIO JU Autori extorſit filius fugitivus, inter Jeſuitas

Landesbibliothek Oldenburg

tens & per triennium fruſtra quæſitus. Itaque ut cum reo abſente ſibi agendum eſſe putavit, annotatione & programmate, rogatque lectorem, faciat, ut ſeductus Adoleſcens hunc libellum lectitet. Poſtea ſe non recuſare, quin ſibi pareat filius vel non pareat.

Nec fruſtra in hunc libellum Autor compromiſiſſe videtur; neque enim fieri potuit, quin lecto hoc filius ad officium rediiſſet, ita graviter jura parentum contra monachos plagiarios ex legibus divinis, exemplis omnium temporum, primitivæ præſertim eccleſiæ, placitis gentium, jure Romano & hodierno deducta, ita ſeriæ adhortationes immixtæ, ita vivis coloribus dolores paterni ob liberos pereuntes depicti, ut nulla neceſſitudine junctos ad ſenſum pietatis reducat, nedum filium, cui ſola vox & recordatio paterna ſanctior eſſe debebat.

Judicialiter etiam negotium proſecutus eſt ſententiamque anno 1586. impetravit, qua ipſi ob ſubreptum filium inquiſitio plagii dabatur. Exhibetur ſententia *p. 666. in fin.* Verum quid obtinuerit demum, non conſtat.

Sæpius vero prodiit hoc opuſculum, nam & editionem *Pariſienſem* (quæ ſecunda eſt) poſſideo de *an. 1597. in 12.*

Edidit præterea hic autor *l'ordre judiciaire dont les anciens Grecs & Romains ont uſé, conferé à l'uſage de France. Pariſ. 1576. in 8.* Et Pariſ. 1610. in 4. porro *Decretorum libros ſex Pariſ. 1573. in 8.*

XVI.

Codex Legum Antiquarum, Ex Biblioth. FRID. LINDENBROGII. *Francofurti 1613. in fol.*

COntinet hoc Volumen: Leges Wiſigo
rum, Edictum Theodorici Regis, Legem B
gundionum, Salicam, Alamannorum, Baiwa
rum, Decretum Taſſilonis Ducis, Legem Rip
riorum, Saxonum, Angliorum & Werinor
Friſionum, Longobardorum, Conſtitutiones
culas ſive Neapolitanas, Capitulare Karoli M
Hludovici Imperatorum &c. Formulas
lennes priſcas publicorum privatorumque ne
tiorum tunc primum editas & Gloſſarium ſive
terpretationem rerum vocumque difficilium
obſcuriorum. Neque adeo dubium eſt, q
Juris Germanici ſtudioſis multum utilitatis affe
quod ſuo exemplo oſtendit in Exercitation
Pandectarum Schilterus. Habetur quidem
dem modo in Baluzii Capitularibus Lex Ripua
rum, Alamannorum, Baiwariorum, Salica,
nec non apud Baluzium multo plenius quam a
Lindenbrogium Capitularia Caroli M. & Lu
vici Libris ſeptem; apud Baluzium enim Li
primus capitula 162. ſecundus 48. tertius
quartus 77 continet. Huic ſubjiciuntur app
dices tres: quarum prima 35. ſecunda 38.
tia 10. capita comprehendit. Libro quinto
hibentur capitula 405. ſexto 436. ſeptimo 4
Sequuntur additiones quatuor, quarum prima

tici